



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 10. Capti Comites Gandavo Bruxellas delati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

nes gentes exemplum circumferri hu- Sæcul. XVI.
 manæ calamitatis pateretur. A.C. 1568.

§. X.

*Capti Comites Gandavo Bruxellas
 delati.*

Attamen hæ preces surdis excipie- Thuan. &
 bantur auribus, moxque ambo ca- Strada l. c.
 ptivi Gandavo Bruxellas transfereban-
 tur: porro objectum est Comitibus Eg-
 montio, atque Hornano, voluisse illos
 cum Orangio, aliisque Nobilibus, Rege
 a Belgii dominata exuto provincias in-
 ter se partiri: speciatim vero Egmon-
 tio Comiti fuit exprobratum, quod
 omnem adhibuisset conatum, ut e Bel-
 gio ejiceret Granvellanum Cardinalem,
 eoquod hic rebellium consilia sibi sat
 perspecta habuisset. Pariter eidem Co-
 miti fuit crimini datum, quod contra
 obsequii fidem perjurose, ac seditiose
 se turbis immiscuisset, & detestando
 foederi Arausiensis Principis, & Socio-
 rum pro libertate Belgii contra Inqui-
 sitionem Hispanicam, hoc est, contra
 Regiam Majestatem ab initio subscri-
 plisset, ac insuper nobilitatis patrocini-
 um suscepisset, & ad seditiones, ac
 Protestantium effrenatam rabiem in
 Flandriæ sibi commissæ administratio-
 ne in Religionis Catholicæ perniciem
 præpostera dissimulatione usus esset,

R 2 dum

Sæcul. XVI.
A. C. 1568.

dum tamen potius omnes vires, ut Protestantium ad seditionem tantopere precivium rabiem, & furorem reprimeret, adhibere debuisset. Denique utriusque improprium, quod Fœderatis, Consistorialibus, mercatoribusque patronos sese præstitissent, polliciti iis operam, vitamque suam, necnon Tenebramundæ consilia: de intercludendo Regi aditu in Belgium agitantibus, ac sæpe huiusmodi Conventibus interfuerant, insuper redarguebantur, quod Geusiis templorum populatoribus, a Flandria Egmontii provincia conomarchiam exoritis, non obstiterant, etiam innumera perpetrassent sacrilegia. Cetera accusationum capita silentio involvam, cum omnia in mox relata reincidente videantur.

§. XI.

*Comitum responsa ad hæc crimina
ipsis objecta.*

Strada l. 7. Ex his Procurator concludebat, ob hæc legitime objecta, probataque crimina, jure in Egmontium, Hornanumque, ut in Majestatis reos, pronuntiandam esse sententiam, eosque fortunis, & capite plectendos. Ad hæc autem Egmontius, atque Hornanus siquidem par erat ferre amborum causa, hunc in modum perorabant: præ-

primis